Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35120
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

dent dice ad nos de patarcha
david qui defunctus est et se-
pulchrum eius apud nos est usque
ad hodiernum diem quasi diceret
hec scriptura non debet intelligi
de eo sed de xpo cuius resurrec-
cionem providit in spiritu ut dicit
suis Petrus ibidem in hec verba
Providens locutus est de resurrectione
xpi quia non derelictus est in infer-
ne: caro eius vidit corrupcio-
nem. Ex quo manifeste patet quod
psalmus ille ad litteram non est
intelligendus de david sed de xpi
resurreccione. Et dicit magister Ny-
colaus de lyra quod tamen hic
alium sensum videtur quam davus in-
dicare. Vero secundum illum intellectum
est sensus tytuli huius et sim-
plicis psalmus david i. ille psalmus
factus est a david ad laudem
humilis et simplicis i. xpi qui de
se ipso dicit Mt 11 discite a me
quia mitis sum et humilis corde.
Communiter tamen in byblijs ponitur aliquis
tytulus scilicet talis inscripcio tytuli
ipsi david. Et dicit glosa ordinaria quod
ille tytulus de ewangelio est et non
de veteri testamento scilicet ille
qui ponitur in ewangelio legitur
scilicet Mt 27 quod crucifixo domino
posuerunt super caput eius
causam ipsius scriptam Jhesus na-
zarenus rex judeorum. Et ideo
hesdras propheta providens de huius-
modi futura inscripcione. Hunc
psalmum qui est de passione
xpi et resurreccione sic intitulavit
et est sensus inscripcio tytuli i.
victoria designata per inscrip-
cionem tytuli attribuitur ipsi david
filio ysai non illi david filio

ysai sed vero david i. xpo qui sibi
homine in hoc psalmo loquitur et duas
habet partes. In prima describitur eius
in passione actio virtuosa. In secunda eius
resurreccio gloriosa ubi ibi propterea hoc
dilatatum est cor. Quantum ad primum
propheta in persona hominis xpi sic
dicit Conserva me domine. Hic
enim locutus fuit xps homo deo
prius tempore instantis passionis. Trans-
feat a me calix iste Mt 26 quoniam
speravi in te q. d. Ideo conserva
me et dicit magister Nycolaus
de lyra quia in xpo non fuit spes
put est virtus theologica. Eo quod ab in-
stanti concepcionis fruebatur frui-
cione beata. Sed in eo fuit spes
glorie quam passionem et resurreccionem
quam et illa a deo expectavit. Et de
illa quoniam intelligitur quod hic dicitur
quoniam speravi in te dixi domino
deus meus. Illud factum fuit tempore
passionis sue dixit domino prius
hely hely lammazabathani quod
interpretatur deus meus deus meus
ut quid dereliquisti me Mt 27.
quoniam bonorum meorum quia deus
nullo creato bono egeret. Et ideo
indiget bonis operis xpi ut ho-
minis. Et ideo dicit xps inquan-
tum homo bonorum meorum et. i.
meis bonis expectans fieri be-
atus. Dicit glosa ordinaria quia hic dap-
natur error et heresis pelagia-
norum qui putabant quod homo
posset facere aliquid bonum suis
viribus. Quia xps inquantum ho-
hic dicit a se nichil boni ha-
bere. Sanctis qui sunt. Postquam
xps oravit incipit narrare
que et qualia bona sibi deus
fecit dicens mirificavit i.
i. mirabilem fecit omnes vo-
luntates meas scilicet voluntate

In xpo non fuit
spes put est
virtus theologica.

Deus nullo
creato bono
egeret

31